



**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

19. Executionis testamenti munus, excusationibus repudiare: honestius,  
quam dolo vel culpa rejci.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](#)

Sint constituti aut collegium, vel vniuersitas conferendi, consultandiue, maior habebitur commoditas. unde quoniam dicitur, ut soli, quia si ceciderit non habebit subleuantem, ut 81. dist. c. in omnibus. Et ibi est gl. bona, et de pœnit. dist. 2. quando. Quanquam communio soleat discordias et plura in commoda parturire, ut l. cum pater. s. filijs matrem. ff. de leg. 2. l. ne in plures. ff. de exercitoria. Et in proœmio. ff. s. Et ante quidem.

**I8** † Si nominatus et designatus executor se inopem, vel rudem, ac inexpertum, vixque sibi suisque sufficientem: negotium vero sua fidei curaeque commissum arduum, magnum, difficileque fore cognoscit, et se solum, vel cum collegi oneri adiuncto imparem, melius, tutius, salubriusque est, ut hoc minime acceperet officium. Quinimo expresse refutet atque repudiet, neque legatum munusue suscipiat, agatque quo tacite illud suscepisse

**I9** videatur. Quinimo, si grauius † in iudicio vel ext. cogatur, vel urgeatur, compareat et excusationes proponat, sicut creati tut. vel cur. facere consueuerunt: ut in tit. ff. et C. de excu. tut. vel curatorum modo illæ sibi competit excusatio-

HES

DE EXECVT. VLTI. VOLVNT.

nes vel aliqua ipsarum. sic enim illi melius  
eueniet, quam si ob dolum vel ob culpam tan-  
quam suspectus amoueretur, aut post gestum  
negotium obnoxius rationibus reddendis in  
proprijs facultatibus laceraretur.

¶ Si executor viderit nullam sibi excusa- 20  
tionem posse competere, & charitatis ac equi-  
tatis vinculo se adstringi ad officium hoc onusq;  
suscipiendum, non debet ullo metu frangi, neq;  
perterreri, sed magno & elato animo laetaq;  
fronte id suscipere atq; complecti. Quoniam  
libens spontaneaq; susceptio, gravior Deo  
& hominibus esse indicatur, sicq; ipse legi, sic  
defuncti iudicio, sic legatariis & fideicomis-  
fariis & que satisfaciet. Et præmium à testatore  
relictum iuste suscipiet, & à Deo maximo &  
optimo securus expectet modo tria sequentia  
præcepta suscipiat.

¶ Et executor ipse voluntatem defuncti 21  
speculetur, & sequatur seruet ac impleat, quo  
ad se fieri potest: tota enim authoritas sibi ex  
illa sumenda est. Hic tota vis finisq; consistit.

¶ Sicut enim procurator mandati fines tueri 22  
atq; seruare compellitur, si argui damnariq;  
non